



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XLIX. Lapis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIRBER XLIX.

DE IIS QUÆ PER LAPIDEM, ET ALIQUOT
ÆDIFICIORUM PARTES
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD MAGNIFICENTISS. VIRUM ALOISIUM
CORNELIUM.

Quam mecum reputo, Vir magnificentiſſime (nulla vero non hominibus reputo) quantus ſit tuus erga me amor, qua beneficentia ſemper extiteris, ſuffundis me verecundia necesse eſt quod tibi nunquam alia ratione reſpondere cogitarim, quam redamando, beneficentia vero hactenus immemor mihi fuiſſe videar. Nam quod ad amorem attinet, commune id eſt cum plurimis, cum tu innumeros alios, imo quotquot ſemel allocutus fueris, ad te amandum, colendumque, tribas, & jucundiſſimo ſua- vis natura tua blandimento novos quotidie amicos pares: adeo ſingularis eſt integritas illa tua dubio procul incomparabilis. Sedenim quamvis hoc maximi faciendum ſit, longe majoris ponderis apud me eſt benignitas, qua me ſemper es tam liberaliter proſecutus: cui ſi parem referre gratiam non poteram, ſaltem ejus prædicatione liberarem me à diſſimulationis ſuſpicionem: qua merito ſuboriri poterat, niſi aliquando eam conſeſſus eſſem. Nunc igitur cum labores meos Ægyptiorum hieroglyphica, qualiacumque ſint, publicare conſtituerim, pro amicorum moribus & ingeniis convenientis materia commentaria in hunc & illum diſtribuire conſilium fuit: atque ita hoc de Lapide & fabricis nonnullis tibi debere exſtimavi, quando hodie nemo privatorum hominum fabricæ rationem, pulchritudinem & elegantiam te uno melius intellexit, intellexitque, in uſum & artem evertit. Quod ſi digna magnanimitatis tua ſors fato aliquo tibi obtigiffet, atas noſtra nulli veterum in rei tam præclaræ amplificatione cedere judicaretur. Accipies igitur, Lapides meos primam ædificiorum omnium materiam, eosque ita tractabiles, ut vel in aere manſurum opus ædificare poſſis, quod contra fulminum caſus incolume reſiſtat, nullam fluviorum illuviem pertimeſcat, terra motus, hiatus, eructationesque omnes, aſpernetur: quæ ſi tibi aliqua parte arriſerint, magno ego benefico affectus mihi videbor, qui multis olim à te commodis acceptis, per nugarum mearum diſtributionem obligationis illius meæ partem aliquam tibi deſpenſam exiſſimaveris.

DE LAPIDE. CAP. I.

Antequam ad ædificia aggrediamur, de Lapide prius dicere conſentaneum eſt: non enim quisquam niſi materia prius comparata, fabricare incipit. Sedenim & rudis lapis ſua apud antiquitatem omnem habuit ſignificata. Neque forte Romani temere Jovem lapidem jurabant, *Lapidis juramenti præſagium.* apud quos futurum erat, ut veræ pietatis fundamentum ex petra ſolida jacerent. Petra enim erat Chriſtus, de quo paulo inferius dicturi ſumus: nunc enim à Gentibus incipere viſum eſt. Multipliciter ſiquidem apud hos & illos lapis in cultu fuit: ut apud Thraces colebatur ſaxum, in quo veſtigium Herculis impreſſum eſſe perſuaſum habuere. Et Arabes, ut legere eſt apud Maximam Tyrium, tetragonum colebant lapidem. Apud Romanos lapis alter extra portam Capenam erat, qui cum ſiccitas temporis frugibus officeret, intra urbem ſolemni pompa ferebatur, & *1. Cor. 10.*

liii

ſtatim

statum pluvia, ut memoria proditum est, cadebat: proptereaque Manalis appellabatur, quod ejus beneficio impetraretur, ut aqua à caelo manarent.

PERPETUITAS. CAP. II.

Saxum Capitolii.

A pud eosdem lapideus Terminus in Capitolio Divinis est honoribus celebratus: authoresque sunt, saxum illud fuisse, quod Saturnus devorare non potuerit propter magnitudinem, cum Jovem deglutire se crederet. Nam vetusta illa superstio omnis comminendis fabulis implicabatur. Cassiodorus, ut quæ recepta sunt ponam, meminit aruspice interrogatum, quando imperium Romanum casurum esset: respondisse, quando saxum Capitolii cadet: addidisseque insuper si eveniret, ut unquam caderet, futurum ut post xxx. annorum millia iterum resurgeret: tanta ejus artis fuit impudentia: nisi aruspex is per tantæ multitudinis numerum perpetuitatem intellexerit, quam apertius explicuit Maro:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.

Aeneid. l. 1.

Atque alibi:

Aeneid. l. 9.

Capitoli immobile saxum.

Nam & Serpens apud Homerum post novem Passeres devoratos in lapidem mutatus, significasse dicitur, captæ everseque Trojæ gloriam nullo unquam tempore perituram, ut scilicet Calchas attestatus erat, ἡ κλέος ἔπει' ὀλέει: quamquam super hoc aliter alibi.

Iliad. lib. 2. Serpens in lapidem versus.

FIRMITAS FOEDERUM. CAP. III.

Cujus gloria nunquam perit. Ut apud Adonoto l. 3. Quibus modum firmantur fœdera antiquitus. Hinc juramentum per lapidem apud Ciceronem Epistola ad Trebatium lib. 9. Et Apulejus in libro de Deo Socratis. Quid igitur jurabo per Jovem lapidem Romano vetustissimo ritu.

SED ut significationes, quod nostrum est institutum, prosequamur, illud omnibus constat, lapidem foederum firmitatis hieroglyphicum fuisse, quod teste lapide apud veteres foedera sint firmari solita: quæ ut homines rata scirent fore, Fœcialis Agnum lava manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem cæterosque precatus Deos, ita se mactaret, quemadmodum ipse Agnum: & secundum imprecationem saxo caput pecudis elidebat: quæ latius explicata sunt apud Polybium libro tertio in foedere cum Carthaginensibus primum icto, quod aeneis tabulis inscriptum in æde Capitolini Jovis diutissime permansit. Et tale aliquid VII. Epistoliarum, quas vulgus Familiares vocat, apud Tullium, epistola ejus libri prima, ubi de histrione Æsopo loquitur. Erat & juramenti species per lapidem simpliciter, ut Athenienses jurare soliti, quod Aristoteles & Philochorus subinnuunt: & Demosthenes contra Cononem, τὸ πειθῆναι κατ' ἑνα ἡμῶν ἔπεισεν ἢ λίθον ἀγοντες, καὶ ἐξογκύβντες. Id quod sacratissimum intra se continet veræ divinitatis arcanum: nam apud Hebræos, AB, pater: BEN, filius: ABEN, lapis. Hic vero lapis ille est, si mysticum sensum introspicias, quem non temere Propheta memorat, & Petrus principibus populû & senioribus objectat, quod eum reproberint adificantes, atque mox constitutus fuerit in angustis caput.



FIRMA PROSPERITAS. CAP. IV.

NON præteribo illud lapidem è caelo lapsum felicissimi, constantisque successus in gerendis rebus aliquando fuisse signum: ut qui ad Ægos flumen visenda magnitudinis è caelo delatus traditur paulo antequam Lyfander angustissimo temporis spatio, tam magna, tam continua felicitate, tam gloriose faceret adversus Athenienses. Quamvis perniciosum augurium Aristotimo Asiensium tyranno præstitit saxum è sublimi loco ab Aquila demissum in eam tecti partem, sub qua tyrannus cum uxore cenam, quæ instruebatur, opperiebatur: nam paulo post ab Hellenico & aliis civibus foedissime trucidatus est.

PIETATIS NOSTRÆ STABILITAS. CAP. V.

SED quod ad saxum ab ea volucre demissum facit, in Aquilæ Commentario statutam firmiter sedem per Lapidem in nido ab ea alite positum significari docuimus: quippe & cujusmodi ille lapis esset,

A esset, quæque ex eo utilitates habentur, antiquorum secuti opiniones, commemoravimus. Ut vero nunc Ægyptiorum commentum magis approbemus, quidnam aliud Petra quam firmamentum & stabilitatem affert? Unde Psalmo xxx. qui apud Hebræos xxxi. est, habetur: *Quia petra mea, & munitionis mea, quippe veluti arx in rupe sita, & turribus munita.* In vulgatis, *robur* legitur; interpretes alii *fortitudo mea*. Romanus *firmamentum* habet. Nam cum nos passim Christum Assertorem nostrum petra nomine accipi legamus, per petram nimirum pietatis nostræ stabilimentum intelligimus, super qua Ecclesiam ipse suam ædificaverit, quod vere fit divinitus decantatum passim, *Capitoli immo.* En. lib. 9. *bile saxum.* Romano enim Pontifici hæc promissa sunt, quippe Petro, qui Romæ (nemo hoc inficiari, nisi imperitus ausit) sedem fixit: cui, ut Evangelia testantur, potestas data est in orbem universum: quem locum etiam Theophylactus diligenter examinans: *Non unius, inquit, Ecclesie, non unius provincie imperium est Petro & successoribus ejus demandatum, ἀλλὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, sed universi, ait, terrarum orbis.* Adhanc sententiam facit Nabuchodonosoris somniū, quem *ναυνοδοθεσοργ* appellat Strabo, qui per quietem imaginatus est, se statuam cernere visendæ magnitudinis, cujus caput aureū Somniū Nabuchodonosoris explicatio. esset, humeri & brachia argentea, ex ære venter, & femora: crura & pedes ferrei, luto ferruminati: ac *Nabuchodonosoris* saxum mox ingens, impulsore nullo, repente jugo montis avulsū in statuam procubuisse, eamque in cursu ejus prostratam & attritam in pulverem abiisse, qui ventorum mox flatu dissipatus est: saxum mox adeo crevisse, ut totam suam magnitudine terram occuparet: Cujus quidem ita inspecta statuæ significatum Daniel, qui & Azarias Propheta potius quam conjector, ita explicavit, ut per caput aureum diceret Assyrium regnum demonstrari. Brachia & humeros argenteos, duos esse Reges, qui Imperium illud everfuri essent, atque horum alterum æramento similem, moturum ab Occidente in hujusmodi regni perniciem & everfionem: Mox rerum summam ferreum excepturum, lateque omnia obtenturum. Alii post rem gestam faciliore conjectura, imo animadversione potius oblata, ex subsecuto rerum eventu ita statuæ rationem accepere, ut dicerent aureum illud caput Assyrium quidem regnum significasse, quod primum omnium fuit in terris constitutum. Sed per argentea brachia, hinc Arbacem Medum, illinc Cyrum intelligunt, quorum alter, Assyrio sublato Imperio, regnum Medicum, alter Persicum constituerit. Per ventrem & femora athenæa, Alexandrum Macedonem, qui rubicundo colore fuit, significari, qui ab Occasu Profectus Orientem subegit: cujus regnum post ejus mortem à successoribus, quos per femora possis intelligere, scissum est. Per ferreos pedes Romanos interpretantur, qui magis adhuc Occidui quam Macedones fuere, Macedonumque opibus everfis, late sunt terris omnibus dominati. Hæc quidem illi tam vere, quam etiam ingeniose, omnibus dubio procul approbanda protulere.

CHRISTUS. CAP. VI.

Sed quod ad saxum pertinet, neque hi exequuntur, neque Josephus explicare voluit, consulto se interpretamentum illud præterire silentio professus: quoniam ex historica lege, præterita scriberet, non futura. Quod quidem homo Judæus ideo mihi videtur subticuisse, ne quæ de Christo subsecutura manifeste conspicere poterat, prodere cogeretur. Cui enim dubium sit, per saxum illud, Amplius somniū Nabuchodonosoris, & sacræ historie expositio. quod universam statuam, atque adeo totum uniuscujusque statuæ cultum sustulit atque dissipavit, Christianam intelligi pietatem, cujus sonus, per vulgata quippe doctrina, in omnem terram esset extensus, Pontificemque summum Petrum, & successores, non uni tantum provinciæ impetraturum, Amplius somniū Nabuchodonosoris, & sacræ historie expositio. sed ut Theophylacti verba repetamus, universo terrarum orbi leges & salutifera præcepta præscripturum? quod etiam tradit Cyprianus lib. contra Judæos altero, cap. 15. 16. 17. Quod vero dictum est à Daniele lapidem sine ullius manibus impulsū, id porro eo spectare ait Hefychius Hierosolymitanus, quod sine congressu viri & mulieris conceptus ejus processit & partus. Ita alibi: *Quod si alius Christi adre lapidem fecerit mihi, non exstabit illud de seclis lapidibus: si enim culerū admovent ei, polluetur: neque enim, seclis, neque dolata est Christi caro ab ulla hominis manu.* Apud Esai. quoque celebre est, *Christi Exod. c. 20. vers. 2. 5. Esai. 28. sum, eleclum, summum, angulare honoricum: quæ omnia agnoscit & Petrus epistola prima, addito, futurum ut qui crediderit in eum, minime sit aberiturus.* Ipsa ad Esaiæ verba ait Irenæus, uti non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei adventum ejus, qui secundum hominē est, intelligamus. Nam & quod

Daniel lapidem sine manibus excisum ait, hoc idem significat: id enim sine manibus est, quod non a operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum, qui solent lapides cadere, nulla scilicet viri opera ejus in hunc mundum adventus futurus erat: hic enim lapis a terra ex virtute & arte conficitur Dei. Et apud Hebræos Psalm. 28. primo statim versu: *Clamo ad te Domine, qui petra, & ars praesidium meum es*, quo scilicet hostes numquam accedere potuerunt. De petra hac Tertullianus, ubi circumcissionem utramque comparat: *Circumcisis*, ait *nobis petrina acie*, id est, Christi praeceptis: petra enim Christus, multis modis & figuris praedicatus est.

PRAVARUM COGITATIONUM EXCUSSIO.

CAP. VII.

Psal. 137.

Quoniam vero, ut Theologi consentiunt, petra Christus est, animadvertendum in Psalmis, ubi de parvulorum allisione ad petram sermo est, id nobis omnibus ita faciendum, ut scilicet cogitationes, affectuum pravorum plenas, pueriles & fatuas, priusquam adolefiant, firmitatemque consequantur, deliberationique adhaerescant, esse quamprimum ad Christi petram allidendas, ita sentit Euthymius, idemque prius dixerat Adamantius. Hic ille omnino lapis est, ut saepe dictum, qui ad Angeli statuitur caput, quem ii reprobaverunt qui usum ejus non agnoverunt. Repudiabant enim eum inter Judaeos sacerdotum principes, & ut Samaritanum explodebant, seductoremque, & novarum rerum authorem criminabantur: cum ecce in aedificii angulum a Deo translatus est, ibique positus, & firmiter stabilitus, duos conjunxit parietes: Judaeorum unum, eorum, inquam, qui pietatem hanc secuti sunt, & Gentium alterum, qui Bapti-



Matth. 18.

Psal. 118.

Matth. 21.

Esai. 28.

Hinc dicitur

Aristippi de

erudito in

theatro spe-

Et ante ubi

non sedet

lapis super

lapidem, &

Plautus in

stas Lapis?

Et Amaryllis a

Theocritiano

pastore tota

lapis di-

citur, quod nullis

amiculi, ut idem

ait, precibus

moveatur.

In hanc vero

sententiam vir

sanctitate ante

alios mortales

omnes insignis,

vatesque summus,

clamat in deserto,

solita-

rium vocat:

Potest Deus à

lapidibus istis

suscitare filios

Ab-

rahamo: quippe

de stupidis, pene-

que brutis homini-

bibus, qui nihil

adhuc divinum

sapiunt, propterea-

que tamquam

lapides sine sensu

sunt. Nam qui

lapides adorabant,

lapidibus similes,

ut in Psalmo est,

evadebant. In

Exodi Can-

tico scribitur:

Vertantur in

lapides, donec

pertransseat

popu-

lus tuus, Domine:

quem locum ita

interpretatur

Adamantius, ut

intelligat de

gentibus dictum,

quas tantisper

lapidescere

supplicetur,

donec pertrans-

seat populus

Judaeorum,

cum illud sub-

secu-

torum esset,

ut deletis illis,

& a Deo reced-

entibus, gentes

lapidem

exuturae

essent, pro-

que duro &

stupido corde,

viventem,

sensusque &

intelligentiae

participem

rationem,

per Christum

suscepturae.

Nam & Cyprianus

epistola libri

secundi tertia:

Evangelium

illud, ex lapidibus

excitari filios

Abrahae

de gentibus

colligi ex

Joannis ipsius

verbis interpretatur.

Græcis quidem,

qui lapides

totiens in

populos

mutari

fabulantur,

ansam

dedit

vocabulorum

vicinitas

& similitudo,

quibus $\lambda\alpha\varsigma$ & $\lambda\alpha\sigma$ &

$\lambda\alpha\alpha$ & $\lambda\alpha\alpha$ lapis est,

$\lambda\alpha\sigma$ vero populus,

cum forte existimarent

tam facilem esse

mutationem ex-

lapidibus in

populos, quam

parvo momento

$\lambda\alpha\sigma$ paroxitonus in

$\lambda\alpha\alpha$ oxytonum

transire potest.

Sed joci

fatis. Sane apud

Esaiam primo

supra quinquagesimum

capite in hujusmodi

similitudinem

legas, *Attendite ad*

petram unde excisi estis,

quod paulo post

explicat, *Attendite ad*

Abraham patrem vestrum

ut

vero

SENSUUM EXPERS, CAP. VIII.

Plerumque autem per lapidem expertem sensus hominem intelligimus, unde illud apud Comicum: *Quis istas Lapis?* Et Amaryllis a Theocritiano pastore tota lapis dicitur, quod nullis amiculi, ut idem ait, precibus moveatur. In hanc vero sententiam vir sanctitate ante alios mortales omnes insignis, vatesque summus, clamat in deserto, solitaria quoque secessu: *Potest Deus à lapidibus istis suscitare filios Abrahamo*: quippe de stupidis, peneque brutis hominibus, qui nihil adhuc divinum sapiunt, proptereaque tamquam lapides sine sensu sunt. Nam qui lapides adorabant, lapidibus similes, ut in Psalmo est, evadebant. In Exodi Cantico scribitur: *Vertantur in lapides, donec pertransseat populus tuus, Domine*: quem locum ita interpretatur Adamantius, ut intelligat de gentibus dictum, quas tantisper lapidescere supplicetur, donec pertransseat populus Judaeorum, cum illud subsecutorum esset, ut deletis illis, & a Deo recedentibus, gentes lapidem exuturae essent, proque duro & stupido corde, viventem, sensusque & intelligentiae participem rationem, per Christum suscepturae. Nam & Cyprianus epistola libri secundi tertia: Evangelium illud, ex lapidibus excitari filios Abrahamae de gentibus colligi ex Joannis ipsius verbis interpretatur. Græcis quidem, qui lapides totiens in populos mutari fabulantur, ansam dedit vocabulorum vicinitas & similitudo, quibus $\lambda\alpha\varsigma$ & $\lambda\alpha\sigma$ & $\lambda\alpha\alpha$ & $\lambda\alpha\alpha$ lapis est, $\lambda\alpha\sigma$ vero populus, cum forte existimarent tam facilem esse mutationem ex lapidibus in populos, quam parvo momento $\lambda\alpha\sigma$ paroxitonus in $\lambda\alpha\alpha$ oxytonum transire potest. Sed joci fatis. Sane apud Esaiam primo supra quinquagesimum capite in hujusmodi similitudinem legas, *Attendite ad petram unde excisi estis*, quod paulo post explicat, *Attendite ad Abraham patrem vestrum* ut



Exod. 15.

Focus per-

venustus

Græcorum

A vero ad Evangelium redeamus, Eucherius secutus Originem, ipse quoque de insipientibus dictum intelligit, cum præsertim alibi dicant Divinæ literæ, *Auferam cor lapideum de carne vestra*. Irenæus ita scribit, *Ezech. 16. & 36.* suscitari filios Abrahæ ex lapidibus, cum nos à lapidum religione removit, à dirisque & infructuosis cogitationibus transtulit ad potiora, & fidem Abrahæ similem in nobis constituit atque firmavit.

DE MOLA. CAP. IX.

ET Mola lapis est, unde molares lapides, pro ingenti massa & pondere. Ipsa vero in Divinis literis hieroglyphicum habet suum minime contemnendum.

HUMANÆ VITÆ COMMERCIA.

CAP. X.

Sunt enim qui per molam humanæ vitæ commercia significari velint: propterea quod mola semper duræ atque alterius altera ita ope indiget, ut singulæ opus nullum faciant: unde amicitia nostræ necessitudines appellantur, quod unicuique necesse sit habere amicum, cum quo sua consilia conferat, qui se mutuo adjuvent, & alter alterius officii subievetur. Unde recte, *Væ soli*, dictum. Eucherius locum Evangelii, *Dua molentes in mola*, eo trahit, ut per molas utrumque intelligatur testamentum (utar enim ejus verbis, quæ per annorum millia in disciplinæ nostræ traditione receptissima sunt, & maxime propria) quarum scilicet molarum opera, labore quippe differentium, veteris Testamenti triticum in farinam, quippe pastum Evangelii, convertatur.

Amicitia hieroglyphicum. Hinc illud: Amicus magis necessarius, quam ignis & aqua. Plut. in 1. de Discrimine amici & adulteris. Recte enim Zenodotus. Eic avnp, & deic & vnp, Unus vir, nullus vir.

DE ARIS, ÆDIBUSQUE ET JANIS.

CAP. XI.

SED enim ædificationem jam incepturi, nihil prius quam aras excitare videmus admoneri, ut quod auspiciatum esse cupimus, à divum immortalium cultu principium assumat.

DEI SAPIENTIA. CAP. XII.

SI tamen prius id explicuerimus, cur in Divinis Hebræorum literis aqua de petra profiliunt: Petrus inquit Philo, *firmam Dei sapientiam demonstrat*, unde firma idem talem exhauritur doctrina. Nam aqua passim in Divinis literis, ut suo docuimus Commentario, ita pro disciplina accipiuntur, ut apud Ægyptios ros pluvius, id quod etiam de manna pluvio in solitudine affatim redundante possumus interpretari. Sed hæc alibi, nos ad Aram.

PIETAS. CAP. XIII.

EA vero præcipua est ara significatio, ut nostræ erga Deum pietatis indicium sit, precesque nostras igne, ut veteres opinabantur, internuncio ad Deum deferat. Unde apud Maronem, *Tango aras, mediosque ignes*, dictum, quod inter humanam naturam & cœlestem, ignis medium ita obtineat, ut merito dici possit internuncius. Materiam autem adhærescit, & in sublime semper fertur, tanquam rerum omnium nostrarum conscius inferiora hæc cœlicolis manifestare videatur. Hinc sacrificiorum ritus eo tempore, quo naturæ tantum leges observabantur, non temere instituti sunt: & posteaquam clarior illuxit veritas, ignis ita sacris nostris adhibitus, ut si absque igne Deo preces allegemus, vix litare posse nos persuasum habemus. Quod si, ut alibi latius disseruimus, inferiora hæc ulla nos superioribus conciliare possunt, nihil est, quod majore sit cum animo similitudine, utpote qui & lumine pollet & illustrat omnia, ac Deum ipsum nobis representare videatur. Quamvis impia improbaque perditorum Anabaptistarum factio tempore hoc, nos ignes modo ritusque sacros omnes in pietatis nostræ signum exhibitos, extinguere, perdereque conentur, sed & etiam bonos mores, ipsumque Dei cultum profanere aggrediantur. Dedicata vero nimirum ara sacrificiis faciendis, & precibus allegadis, quibus divum animi nobis conciliantur. Qui tamen esse apud veteres probatus sacrificandi ritus, pauci admodum prodidere. Deo siquidem Deorum omnium supremo, mente & intellectu solo, sine sermone, sine sono sacrificabant. (Unde Crocodilus, quod elinguis est, Divini

En. lib. 12. Non enim sola litabat oratio nisi manus apprehenderet. Macro. Sat. lib. 3. c. 2. Ignis internuncius hominum & cœlestium.

Ad Verbu
Macro. lib.
Sat. 1. c. 7.

Ara in nu-
mis pluri-
morum.

Nimirum
Varro Di-
vinarum
libro 5.
Et clarus
l. 3. de nat.
Deo.
Quod vo-
cum facere
non potest
tanquam
in aram
confugit
ad Deum.

Divini silentii ratione habita, cultus apud Aegyptios Spiritibus & beatorum animis laudes adhibebant. Coelestibus materia constantia, quae scilicet similitudine aliqua ad eos facere viderentur, ut ignem Solis & huiusmodi pleraque toto hoc hieroglyphicō opere perquisita; malis vero demonibus ne nocerent, vel ut eorum impuritas arceretur, libaminibus & nidore carniū faciebant. Ceterum Aegyptii veteres pecudibus aut sanguine præclare Deos semper abhorruerunt, precibus & chore solo contenti. Aegerunt vero eos Ptolomæi sacra Saturni Serapidisq̄ fuscipere, quod facere coacti, fana eorum extra pomœria posuerunt, quibus hostiæ de more maciari debebant. Quamquam illaudato Busridis exemplo, homines postea immolari coceptum, cum is apud proxima Nilo loca tyrannidem occupasset. Sed quod ad aras & pietatem attinet, in numis T. Aelii Cæsaris Antonini simulachrum est utraq̄ manu passa, ara apposita, cum inscriptione, PIETAS. Manus porro passa, ut in Cynocephali Commentario docuimus, adorationem significant. In Hadriani Augusti idem simulachrum eodem habitu, ab cuius uno latere Ciconia adfit de qua loco suo: ab altero ara est corymbis ornata inscriptio, PIETAS AUG. In numo Divæ Augustæ Faustinae simulachrum est, quod læva pallam sustentat, altera in ignem, qui de pulcherrime facta ara promicat, libamina porrigit, cum inscriptione, PIETAS. Est & ara posita ante signum, in cuius manu patera est libationi parata in numo Lucillæ: inscriptio, PIETAS. Eadem inscriptione pietas ipsa in Antonini numo dexteram exporrigit passam, læva in subiectam aram libat. Illa porro passa dextera, adorationis, ut alibi loco suo declaravimus, indicium. Supplicationes porro fieri solita, aut cum vota facimus, aut cum damnati votis gratias agimus. Hinc alia atque alia inscriptiones in numis inveniuntur, omnes tamen ad pietatem ipsam referuntur: sive divini numinis auxilium imploremus, sive vota persolvamus. In Julæ Piæ Felicis Aug. numo signum est læva pallam in ulnam sustollens, dextera in aram porrigens: inscriptio, VOTA PUBLICA. At in Adriani numo cernere est duo simulacra, quorum stat unum ipsius Imperatoris effigie, alterum læva palmæ furculum tenet, dextera pateram offert Principi: inscriptio, ADVENTUS AUG. Est & Domitiani numus cum ara & igne super accensio, cuius inscriptio est, PRINCEPS JUVENTUTIS. Pulcherrima vero omnium, quas viderim, ara est in ipsius Cæsaris Domitiani numis, in quo anas illas, unde ara nomen nonnulli volunt, apertissime licet intueri.

PROFUGIUM. CAP. XIV.

Fuisse vero aras apud veteres, uti etiam nunc sunt sanctioris asyli loco, nulli non exploratum est. Hinc apud Maronem Priamus, omni alia salutis spe abjecta, ad aram confugit, cui dixerat uxor: *Hec ara tuebitur omnis.* Et M. Tulli dictum pro Roscio Comædo: *Sicut in aram confugit ad huius domum.* Et apud Terentium: *Nemo te accusat, Syre; ne tu aram tibi, aut deprecatores pararis.* Et Ovidius de tristibus:

Unica fortunis ara reperta meis.

MISERATIO. CAP. XV.

Apud Athenienses ara peculiaris fuit miserationi sacra, de qua Papinius Poëta, & Lactantius Grammaticus, neque non Apstinis in Rhetoricis, meminere: & Plutarchus libro de Superstitione, *Ψυχημον βωμόν* eam appellat. In profugii sane significato Vestam pro ara poni apud Xenophontem invenias rerum Græcarum libro secundo: *αὐτὸς οὐκ αὐτῶν οὐδὲ θεοῦ μένης, ἀνεπίδησεν ἐπὶ τῆς ἑστίας.* Hæc cum Themmenes audisset, ad Vestam sibi profugium paravit. Et ara, accersa, sacrificialis ara Vesta est Polluci, præcipue vero quæ in Prytaneo fuit, ubi inextinctus ignis aservabatur. Et triginta curiarum Vesta collocata apud Dionysium Halicarnasæum antiquitatum secundo. Tale quiddam & apud Tranquillum in Tiberio.

Βοιμὸς, ἡμιεστία
Θουμὸς, ἡμιεστία
Θουμὸς, ἡμιεστία
Θουμὸς, ἡμιεστία
Θουμὸς, ἡμιεστία



XII. JANI COLONIÆ. CAP. XVI.

Quod vero XII. Jani simulacro adsculpi solitæ sint, sunt qui ob id factum putent, quod Janus pomceria & aras duodecim Hetruriæ coloniis sacrasset. Alii aras illas XII. ad mensium numerum dedicatas ajunt, quod Janus pro anni tempore sit Romanorum religione pingi solitus. Nam de CCCLV. diebus, quos gestu manuum referre, alibi disteruimus.


TERRA. CAP. XVII.

Rotundam ædem Vestæ Numa Pompilius Romanorum Rex consecrasse fertur: quod eandem esse terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit. Eam ad pilæ formam esse, ut (sui simili templo Dea coleretur. Pro eorum vero sententia, qui per Vestam nil aliud quam puram flammam intelligebant, de strogilari lapide, qui Deam figuræ similitudine referret, alibi diximus.

A Plutar. Decad. 8. probl. Sympos. additq. mensæ antiquorum rotundæ Vestæ dicitur.

MUNDUS. CAP. XVIII.

Et mundo ædem veteres ea, qua conspicitur forma, posuerunt, Mundumq; eam appellavere, ab eo mundo, inquit Cato in commentariis Juris civilis, quem Festus citat, qui supra & infra nos est. Ejus inferiorem partem veluti Diis manibus consecratam clausam omni tempore custodiebant, neque nisi ter in anno patefaciebant, ut ait Atteius Capito, quippe diebus his, prostridie Volcanalia, & ante diem sextum Idus Novembris, & ante diem tertium Non. Octobris: quos dies, ait Festus, etiam religiosos judicaverunt: propterea quod eo tempore, quæ occulta & abdita religionis deorum Manium essent, veluti in lucem adducerentur, & nihil eo tempore in Republ. geri voluere. Itaque per eos dies non cum hoste manus conferebant, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quicquam in Republica, nisi quod ultima necessitas admittebat, administrabatur. Volcanalia autem antiqua monumenta in Circo Flaminio x. Cal. Sept. celebrare solita comperimus. In aliis, Fer. Volca. n. x. Calend. Junias. Ibi que n. litera diem nefastum notat, apud Ovidium Tubilustria Volcano xiii. Calend. Jun.



Volcanalis

DIÏ OMNES. CAP. XIX.

Omibus vero Diis, Agrippa templum rotundo ambitu Romæ dedicavit, eaque de causa Pantheon appellavit: in quod quidem minus quam in alia veterum monumenta sæviit ipsa vetustatis injuria: idque nunc Virgini Deiparæ dedicatum, magno mortalium concursu invisitur, & ab ea, qua factum est forma nomen habet. Sane Augustus Cæsar, qui templum id excitavit, licet Agrippæ inscribi dedicatione ipsa voluerit, nulla commodiori forma deos omnes complecti poterat, quam orbiculari: de qua quoniam alibi dicturi sumus, ulterius nunc de figura hujusmodi loqui superfedebimus: si tamen id dixerò, Aristotelis dictum esse, veteres gavisos diis templa rotunda specie dedicare, cuiusmodi sane multa Romæ superesse adhuc, vel magna ex parte diruta, vel nostræ pietatis diis instaurata conspeximus.

Pantheon Romæ templum hodie la Rotonda.

JANUS. CAP. XX.

Ano contra templa quadrata specie dedicari solita, quatuor quippe pilis, quæ totidem fornicibus jungerentur, perviosque à frontibus quatuor aditus patefacerentur, qui tamen in primario Jani templo Iosemni sacro pacis tempore clauderentur.

MENSARII. CAP. XXI.

Erant autem & alii Jani, in quibus trapezitarum mensæ, ubi mercatorum conventus, & omnium, quæ ad rem pecuniariam pertinent negotia tractabant: de quibus Horatius:

Epist. lib. 1. epist. 24.

O cives, cives, quærenda pecunia primum est,

Virtus

*Virtus post nummos : hæc Janus summus ab imo
Perdocet : hæc recinunt juvenes dilata, senesque,
Lævo suspensi locules tabulamq; lacerto.*

Hujusmodi generis ædificia plurima Romæ erant : nunc unum minus dirutum in velabro perduravit juxta ædem, quæ D. Georgio dedicata est.

PAX BELLUM. CAP. XXII.

*Hujus rei
causam tra-
dit Macro.
lib. i. c. 9.
Dira, &c.
clauduntur
belli porta.
Et. lib. r.
Templa in
numis ha-
bita.*

Quod vero Jani templum in numis habetur, quadrata & ipsum specie, sed clathris, repagulis, & foribus præmunitum, ipsi tantum Deo dedicabatur. Clausum hoc, pacem indicare: ad apertum, belli tempus, non tam ex Virgilio carmine cantatissimo, quam etiam ex numis passim in conspectu, est. Sed illud præcipuum numisma tum opere tum etiam inscriptione spectabile, in quo legitur, PACE P. R. TERRA MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT. Fuit vero is, ut ex altera numi parte habetur, IMP. NERO CLAUD. CÆSAR AUG. GERM. TR. P. P. P.

PROVIDENTIA. CAP. XXIII.

Alia etiam atque alia templorum exempla multifariam in numis habentur, quæ prosequi ad fastidium potius quam ad delectationem inclinaret. Illud dicam, in numo cujus inscriptio, DIVUS AUGUSTUS PATER, ab altera parte legi PROVIDENT. Idem templum est in Imperatoris Constantii numo, cujus inscriptio est, PROVIDENTIA AUG.

SALUS. JUNO. DIVVS. CAP. XXIV.

In Domitiani numis templum est SALUTI AUGUSTI inscriptum. In Volusiani, Dea in delubro sedens cum inscriptione, JUNONI MARTIALI, de quibus dicere, hic nullum est operæ pretium. Neque vero veteribus tantum Dis, sed & iis, quos apotheosi consecrabant, templum etiam dicere mos erat: ut videre est in Antonini numo, in quo templum est cum inscriptione, DIVO PIO.



SUBDIALES QUIBUS. CAP. XXV.

Tota vero ædium sacrarum forma antiquitus pro conditione numis ædificari solita: quare et ipsa statim ædis facie numinis qualitas intelligebatur. Jovi siquidem, fulguri, celo, Soli, & Lunæ subdiales, ut Vitruvius monet, ædes, quæ Græce ὑπαίθεα dicuntur, ædificabantur, quorum numisma, potestates, vimque ac effectus omnes sub dio spectemus.

*Orientem
Solem exci-
piendo, ut
liber esset
prospexitus.
Plut. in
Numa.
M. Vitru-
vius l. 4. c. 2
& in cun-
ctis Gul.
P. Silander.
De huius tri-
bus colum-
nis Plin. lib.
36. c. 23. &
Vitruvius
l. 4. c. 7.*

DORICÆ QUIBUS. CAP. XXVI.

Inervæ autem, Marti & Herculi numinibus, ut idem ait, virtute ipsa memorandis, ædes opere Dorico erigebantur: nullis quippe deliciis, neque lascivioribus florum ac foliorum ornamentis, neque denticulatis coronis, ac guttulis metopis, sed rudi ac hispido potius aspectu: qualis dignitas in viris expetitur, à peregrino omni cultu aliena.

CORINTHIACÆ QUIBUS. CAP. XXVII.

At Veneri, Floræ, Proserpinæ, & fontanilibus Nymphis, numinibus quippe delicatioribus, ob molliem atque nequitiam Corinthiacæ constituebantur: genus quidem ædificii tum gratilitate operis, tum florum ac foliorum lascivia, volutarumque multiplici perplexitate, triglyphorum, ac aliorum ornamentorum varietate visu admodum delectabile.

JONICÆ QUIBUS. CAP. XXVIII.

Junoni vero, Dianæ, ac Libero Patri ceterisque ejusdem ordinis numinibus Ionicam adhibebant opus, medio quodam inter Doricum & Corinthium temperamento: quippe quod neque horrorem

A horrorem & austeritatem ipsa operis simplicitate præ se ferat, neque quidem enarvatam illam molitiem ex tot ornamentorum luxuria commonstraret.

DE COLUMNIS. CAP. XXIX.

NEque quidem templa tantum, verum etiam columnæ non sine mystico aliquo intellectu fieri consueverunt, quarum & rationes retulisse non incongruum videatur: siquidem hæc haudquaquam sunt ab Ægyptiacis inventis dissimilia, dum aliæ firmitudinis, aliæ rei præclare gestæ, aliæque supra mortalium conditionem ad usque cælum attollendæ, aliæ captivitatis, aliæ profugationis, aliæ opprobrii sint indicia.

TERMINUS. CAP. XXX.

Cæterum antiquissimum fuit per columnam terminum significare, quod columellas in terminis ponere mos fuerit. Hinc regionum multarum fines terminosque columnas appellamus, ut in Hispania Hercules: eo enim usque & imperium & labores ille suos extendisse fertur. Eodem modo in Africa sub Atlante monte, & Asia ad Euphratem fluvium, & supra Armeniam terminos Romani Imperii columnas dixerunt, & eo significato Atrides Protei, Menelaus adusque columnas exulat, apud Virgilium legas, quod pro Ægypti finibus positum notat Servius.

GLORIÆ SUBLIMITAS. CAP. XXXI.

IN sepulcris vero, neque non monumentis reliquis, columnarum ratio fuit, ut cuius nomini dicatæ essent, gloria supra cæteros mortales attolleretur. Hinc illa Ennii de Scipione verba: *Quantam statuam faciet populus Romanus, quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur?* Hinc in argenteo nummo videas columnam, cui mediæ ancile affixum est, urna in summo superposita, duabus hinc & inde laureis appensis, quam senatus Divo Augusto Vespasiano decrevit. Sed ut reliquas præteream: duæ adhuc Romæ visuntur, quæ Romæ potentiæ atque splendoris testimonium faciunt, Trajano una, altera Hadriano erecta, summam quarum altitudinem, quæ admodum excelsa est per interiores gradus coclitis in modum circumductos commodissimus est ascensus: non enim in re tam omnibus obvia nobis immorandum est. Decretæ autem in columnis statua à Senatu plerisque fuerunt, quos enumerare, nostri non est instituti rerum enim quæ tractandæ sunt multiplicitas breves nos esse cogit. Illud admonuero, quod apud Plinium legitur, Senatum Galbæ ut primum licitum fuit statuam decrevisse rostratæ columnæ superstantem, placere nonnullis ut striatæ legatur. Antiquam autem esse celebritatem statuarum in columnis, ex eo manifestum, quod C. Menenius supra columnam statua dicata est, qui Latinos priscos deiecerat una cum Camillo collega, quæ res, inquit Livius, rara illa ætate fuit. Et illa adeo celebris Trajani columna colossum habuit superimpositum, cuius rei fidem faciunt ejus numi.



Hinc Pindarus in Olympiis, Hælorem inexpugnabilem & immobilem columnam vocat. Trajani & Hadriani columna.

DE OBELISCIS. CAP. XXXII.

Horum loco Ægyptii suos erexerunt obeliscos, & Græci ὄβελισκον dixerunt, cui maximi queque honores deberentur. Non ineptum autem fuerit animadvertere Ægyptiorum statuas, quæ antiquitatem sapiunt, graciliores esse & truncis oblongis propemodum similes: quod quidem non est artificum vel stupori vel imperitiæ imputandum, sed eorum potius diligentia studiumque considerandum, quippe qui ita facerent, ut divinitatem minime corporatam esse ostenderent. Quare Euphranor pictor, idemque fictor nominatissimus, quem in omni specie admirandum perhibent, non ita forte reprehensioni obnoxius: propterea quod in universitate corporum exilior fuerit, in capitibus articulisque grandior, cum is præsertim primus dignitates, ac herorum insignia dicatur expressisse.

Nempe Suidas & adag. Collect. Ch. i. centur. 8. prover. 14. Euphranoræ pictoris statua.

Kkk

HE.

*Malebant
animi vide-
ri, & esse
maximi
quam opti-
mi, hinc
colossi.
Focis Cic-
ronis in sta-
tuam fra-
tris.
Æn. lib. 4.*

Sed quoniam in Heroas incidimus, id minime dissimulabo, quod Romani Græcos potius quam Aegyptios imitati, Heroarum statuas, & eorum, qui bene de Republic. meriti essent, eo majores faciebant, prout eos majori honore dignos arbitrabantur, de quo apud Macrobi-um illud M. Tullii dictum in fratris statuam: nam cum in Provincia, quam ille rexerat, clypeum ejus imaginem conspexisset ingentibus lineamentis usque ad pectus de more pictam: erat autem Quintus statura parva: *Eniter*, ait, *meus dimidius major est, quam totus.* Apud Virgilium vero Dido cum voluntariam mortem excusat, quasi ea omnia absolvisset officia, quæ à se exigi poterint, nihilque à se ulterius expectari posse, quod ad apothefeos gloriam pertineret, ita secum ratiocinatur:

*Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*

Cur vero magnam speret, enumerat merita:

*Urbem præclaram statui, mea mania vidi,
Ultro virum, pallas inimico à fratre recepi.*

*Lib. 2. Epi-
sol. 1. Epist.*

Oppida autem concedere, inter ingentia ea facta recensetur, propter quæ

Ibidem.

Romulus & Liber pater, & cum Castore Pollux.

Deorum in templa recipi meruerunt, ut est apud Horatium. Cum itaque majores justo statuæ vitæ functis fieri solitæ essent, Onirocritæ, qui, ut sapius ostendimus, hieroglyphicis adhaerescunt, ubi quis supra humani modî staturam fieri se magnum conspexerit per quietem, mortem illi præfigunt affuram: & qui filium parvulum ad virilem magnitudinem imaginatus fuerit excrevisse, ejus identidem mortem expectandam. Hinc Virgilianum illud super oblata visui defuncti corporis anima, *Et nota major imago*: nempe quod corporeis claustris veluti prælis exoluta anima post mortem latius dilatari videatur. Sedenim illa de honoribus opinio & verior est, & probabilior.

Æn. l. 7.


CHRISTI VICTORIA. CAP. XXXIV.

Illud minime prætereundum, sextidecimi Psalmi inscriptionem apud Græcos esse *επιλογος*: ubi aureum insigne Davidis, ubi interpretes antiquorum repetunt morem, qui columnas imagines, aut statuas iis, qui strenue feliciterque militiam exercuissent, erigere consueverant. Id vero laudis victori Christo attributum, eo Psalmo declarari.

PRO PATRIA OCCISI. CAP. XXXV.

tibi sepeliebantur pro patria occisi operibus Proximitu mobilitatem.

Apud authores Græcos locum Athenis fuisse legas, Ceramicum appellatum, columnis undecumque frequentem, quæ in eorum memoriam erectæ erant, qui pro patria pugando cecidissent, inscriptione adjecta quo quis prælio optiisset.



CLARITAS EX POETARUM SCRIPTIS.

CAP. XXXVI.

Pindarus Timarcho Æginetæ Nemeis:

αλλα θεμν παρην λιθων λευκοτερον.

Ponatur alte strueta saxo Candidior pario columna.

ubi interpretes per columnam Poema intelligunt. Nam statim subdidit ipsemet Poeta: quantum claritatis addant Poemata in præstantis alicujus viri laudem elucubrata.

TELESILLA. CAP. XXXVII.

Statua Telesilla.

Telesilla Argivæ poetica facultate celebri, galeata statua erecta est in columna, libris circa pedes adjectis, ut alibi diximus: quod maribus Argivorum, qui prodierant ad bellum, ad unum casis, sceminas armavit, & contra hostes eduxerit, eosque urbis diripiendæ spe profectos retrocedere coegerit. Exemplum muliebris virtutis inter paucissima sæpe commemorandum.

ISOCRA.

Isocrati vero Eloquentiæ magistro, statua in columna decreta est ab Atheniensibus: quod octo jam & nonaginta natus annos ab institutione numquam cessavisset.

APOLLO AGYIEUS. CAP. XXXIX.

Conspiciæ fuerant apud Græcos columnæ quædam in coniformam desinentes, quas ante fores erigebant Apollini sacras, ut vero quidam dicunt, Baccho, ut plerique alii, utriusque: nam idem utriusque nomen esse, ostensum alibi. Hinc Apollinem Horatius Agyieum nuncupavit. Eas nonnulli aras vocarunt, sed columnarum omnino habere speciem non inficiantur. De his apud Sophoclem:

*Ignibus odoris ara Agyiena nitent,
Suffitu balantes myrrha lacrymas barbaro.*



*ἀγυιεύς
columna
ante fores
stans, in
summa
parte a-
cua.*

Sed cur non Græcos potius versus apponimus:

*λαμπὴ δ' ἀγυιεύς θωμὸς ἀτμίζων πυρὸς
σιμῶνης σαλαμῆς βαρβαρῆς ἑοσμίας,*

Ea vero de causa Agyieus dicebatur, quod hujusmodi columnæ in compitalibus vicaneisque viis erigi consueverunt: ἀγυιαί enim viæ quæ ab utraque parte exitus habent.

VICTORIA DE PERSIS. CAP. XL.

Excogitata etiam sunt columnæ trophæorum vice, quæ victoriam ostenderet, cujusmodi porticus conomento Persica Lacedæmone visebatur, victoriæ illius index, quam Pausanias Agefipolidos filius consecutus est in Platæo prælio, ubi parva manu ingentes hostium copias profligavit: in cujus præclari facinoris memoriam statuas habitu Persico pro columnis porticu subjecere.



*Persica por-
ticus.*

CARYATARUM OPPROBRIUM.

CAP. XLI.

Simile in Caryatas Peloponnesi populos exemplum editum, quorum mulieres matronali habitu stola quippe ad pedes usque demissa, in captivitatem abductæ sunt, viris prius ad unum cæsis, totius Græciæ in eos conspiratione facta, quod Persicas partes adversus Græciam secuti essent. Historiam in exemplo posuit Vitruvius.

BELLUM. CAP. XLII.

Liqua etiam columna belli significatum habuit, ut quæ Romæ olim erat ante Bellonæ templum, super quam quotiescunque bellum cuiquam indiceretur, hastam jaciebant, ejus scilicet ominis causa, quod spes esset per hujusmodi susceptum bellum, aut hostes a finibus summovendi, aut ultra præscriptos fines imperium proferendi. Ea autem columna Bellica dicebatur.



*Caryati-
dum nomi-
ne intelligit
statuas mu-
liebres in
columnis:
mimicit
Plin. l. 36.
cap. 5.
Columna
bellica.*

SECURITAS. CAP. XLIII.

Invenire est in numis aliquot columnam ad securitatem aditam, ut in ea quem IMP. CÆS. VAL. HOS. MES. QUINTUS AUGUSTUS cussit. Ibi enim muliebri signum molli & enervato habitu stans, læva columellæ innititur, dextera palma furculum tenet supra verticem exporrectum: inscriptio est, SECUR. AUG. Quæ quidem species cum forte antiquitus fieri solet, faciliè credendum purpureos Tyrannos hinc ab Horatio diciōs:

*Lib. 1. Car.
Ød. 35.*

Kkkk 2

Forty.

FIRMITAS. CAP. XLIV.

Columnæ
Dorica

Nam vetustissimum omnino columnarum inventum ad firmitatem fuit, quæ præsertim Viriles appellata sunt, quas alio mox vocabulo, uti superius dictum, Doricas vocaverunt. Nam cum Græci olim in colonias missi per Asiæ loca Caribus finitima regionibus quibusdam occupatis ad eum Apollini Panionio ædificare statuisent, nullaque adhuc esset symmetriæ proportio, nulla dimensionis norma, commenti tamen sunt à pedis mensura, quæ sexta pars est virilis corporis, columnas dimetiri, rati sic firmitatem ædificiis duraturam apposuisse: easque columnas nudas, sine ullo præfuso ornatu, ut virilem omnino speciem præ se ferrent, erexere. Author Vitruvius. Sedenim & in Divinis literis columna pro firmitate accepta est ubi de Prophetico ore dicit Dominus: *Ego confirmavi columnas ejus*, de terra loquens, non utique quod eam columnis subnixam esse diceret, sed virtutem, quæ terram in medio rerum omnium sitam suffulcit, sustinetque, per eam loquendi figuram symbolicam, seu dicere mavis, hieroglyphicam, nobis indicavit, eam utiq; firmitatem columnas appellari Basilius etiam interpretatur, & aliis sæpe locis Testamenti veteris eodem significato columnæ accipiuntur.

Ut 20. Judicium, & Exod. 13.

MULIEBRES COLUMNÆ. CAP. XLV.

Cum vero Dianæ etiam ædem construere vellent, gracilitatem in columnis, ad muliebri corporis effigiem, commenti sunt, easque octava parte crassitudinis produdere, spiram etiam pro calceo supposita, capitulo volutisq; uti capillamento concrispatis, atque aliis muliebrem mundum referentibus ornamentis additis.

VIRGINALES COLUMNÆ. CAP. XLVI.

Additæ his Virginales etiam nuda columnæ, quæ Corinthiæ nuncupatæ sunt, & gracilitate & ornatu, propter ætatis teneritatem, & hilariores, & venustiores. Puellæ siquidem & sumptuosius, & magnificentius ornari solent, quam matronæ quas cum vitis stola satis deceat ad honestatem. Neque negarim succrescente indies hominum diligentia, aliis atque aliis dimensionibus columnas excidi cæptas.

CALATHUS CERERIS. CAP. XLVII.

Hac à Vitruvio l. 4. cap. 5.

Observatio calathi, qui locorum ubique Cereris capiti superponitur, de quo multa in alio commentario, cur id facere consuescent Aegyptii, disseruimus, effecit itidem, ut capitula in calathiflorum effigiem columnis præsertim Corinthiacis superaddi placuerit: quamvis Græci omnia suis inventis libenter adscribunt, & Callimachum quendam cognomento Catatechnon prædicant, qui genus id capituli primus excogitaverit, verisimili etiam fabula, ut ad consingendum felicissimi sunt adinventæ. Mulierem quippe Corinthiam quandam, amissa filia corpus sepulturæ mandasse, ac super tumulum calathum rebus iis oppletum, quibus maxime nata dum viveret, oblectabatur, statuisse, atque demum testa superimposita coopertum reliquisse: accidisse vero ut calathus ille casu super achanti radice ibi nata insideret, quare verno adveniente tempore gramen id pullularet, & calathum foliis primum amicerit mox & floribus ornari: cumque cauliculi procreverent, obstaculo superstratæ testæ concurvati, capreolos in volutarum speciem compilarunt: quo quidem observato ingeniosus faber venustam eam capitulorum speciem meditatæ sit omnium applausu conformare. Commentum quidem hoc eo favore legentium exceptum est, ut architecturæ magistri sine ulla præsertim contatione illi assensisse videantur.

Itali & Galli hanc brachiam ut firmam vocant,

DE MUTULIS. CAP. XLVIII.

Observare etiam est in omnibus fere veterum ædificiis imagunculas quasdam nunc virili, nunc Bovilla, nunc alterius animalis facie, quæ vel mutulos vel coronas sustentant. Id ab Aegyptiæ inventis non omnino alienum suo legitur significato.

ATLAS. CAP. XLIX.

Atlantis

Nam quantum ad humanam pertinet effigiem, Atlantem, totius quippe ponderis patientem, id significare dicunt, & hujusmodi sustentacula nimirum à Græcis Atlantis nomine nuncupantur, quæ

A tur, quæ cur à Latinis telamonas vocari nonnulli dicunt, & antiquis architectoribus & nobis in compertum est: si cui tamen ariolari licet, *τελαμώνας* scimus esse lora, quibus sustinetur cypeus, quibusq; brachium infertatur, atque etiam vinculum, quo ensis vel appenditur, vel manui nonnunquam, ne vehementiori aliquo excutiatu icu, adalligatum: quare crediderim à sustentando de sumptum nomen: *τελάσσει* enim *τελαῖσσαι* καὶ *τελῆσαι* est, quod pati & tolerari Latini dicunt. Illud super Atlante vulgatum, gestare eum humeris universam mundi machinam, de quo Maro,

Telamonas.

En, lib. 6.

Ubi califer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Inde scilicet fabula conficta, quod is omnium primus Solis & Lunæ cursus, syderumque omnium motus, ortus, & occasus, certa quadam moveri lege deprehendisse creditur, eaque diligenter observata mortalium usui promulgasse. Quod vero pro Atlantibus Bovilla etiam capita fieri solita dicebamus, vidimus id apud Melinos Romæ: habet enim Petrus compater meus Bovillum caput athenæum quatuor circiter unciarum magnitudine, pulcherrime fabrefactum, eo gestu, ut aliquid omnino sustentasse videatur, de quo tamen alibi diximus.

Auctor Te-
rez hist.
lib. 1. Cibi-
liade 5.

DE PERPENDICULO. CAP. L.

Quando vero in hæc ædificiorum opera provecti sumus, quid sibi velit etiam Perpendicularum, explicemus.

ÆDIFICATIO, VEL POSITUM. CAP. LI.

Ædificationem, vel positum aut constructum opus, per id appensum linea, libratumque, denotabant. Nullo enim pacto erigi possent ædificia, nisi facierum, angulorumque recitudo perpendicularorum indaginem exploraretur: eaque præcipua est observatio in ædificiis molliendis, ut structuræ omnes perpendicularo respondeant, neque proclinationes, ut vocabulo utar Vitruvia- no, in partem ullam habeant.

Perpendi-
culi forma
docet G.
Philander
in Vitruv.
lib. 6. c. 11.
Et 7. c. 3.

RECTUS TENOR. CAP. LII.

Transit & ad res alias id significatum, & ad perpendicularum amussim adjiciunt, cum quid undecumque & quoquo versum delibratum directumve significare voluerint: utriusque enim nomen est, ut justus tenor, ipsaque recitudo adinveniat. Sed perpendicularum in iis deservit, quæ surrigenda sunt: amussis, & planis, & obliquis, & omnibus denique uniuscujusque corporis lateribus, per quæ recta linea fuerit deducenda.

Ad amus-
sim, id est,
recte, per-
fecte, natæ
sub præ Do-
ricum pro-
verbium.

DE CARDINE. CAP. LIII.

Ad fabricam omnino pertinet cardo: quare si quid super eo dicendum sit, hoc potissimum loco differendum.

AUTHORITAS VEL REI SUMMA. CAP. LIV.

Habet vero significatum ab eo munere, quod in valvis, ostiisque sustinendis præstat, ita ut nunc dignationem, nunc auctoritatem, nunc rei summam significet, ex arbitrio scilicet aut ministro, cujus res unaquæque pendeat, cuique rerum pondera innitantur. Hinc in litibus & causis tale aliquid appellatur cardo, à quo scilicet tota persuadendi ratio pendere videatur, quove omnia congeruntur argumenta: sitque status is, circa quem tam rei quam accusatoris conatus omnis undecumque exerceatur.

Ad perpen-
diculum,
exacte, ab-
solute, natæ
καρδίνης
Cardinis
significatus.
Huc alludit
Virg. Haud
tanto cessan-
te cardine
eorum.
En, lib. 1.

CARDINALES SACERDOTES. CAP. LV.

Habet & pietas nostra dignationis gradum à cardine nuncupatum. Nam veluti cardines in ostiis admittendi excludendique arbitri videntur, ita illi admittendorum exigendorumque operum, quæ ad Christianam faciunt pietatem, concessamque summo Pontifici auctoritatem potestatemque tuendam, auctores honorificentissimi perhibentur. Fratres hos appellat Pontifex M. decretaque omnia, legesque in comitiis istius ordinis perlata, de consultatione eorum, tametsi omnia per se possit, sancire se profitetur. Is enim honos eis habetur, ut hujusmodi sententiarum rogationes in acta summa cum fide referantur.